nihil exterius faciant apud semet ipsos
tamen sub pondere inquietę quietis
laborant quibus si earundem rerū
administratio prebetur, semet ipsos
funditus deserunt & fugitiua hęc
temporalia per intentionis cursum
continuis cogitationum passibus secun
tur. In libro genesi scriptum est.
factus est esau gnarus uenandi
& homo agricola. quid enim per ue
nationem esau, nisi eorum mona
chorum uita figuratur qui in ex
terioribus uoluptatibus usu car
nalia acta secuntur. qui etiam
agricola esse describitur. quia ama
tores huius seculi tanto magis ex
teriora incolunt quanto interio
ra sua inculta derelinquunt.
Dissimulanda sunt monachis que
exterius fauent reprimenda que
quasi necessaria inuoluunt
& tamen in his omnibus adhuc
districti examinis flagella me
tuenda. plerumque ipsa nostra
perfectio culpa non caret. in hanc
seuerus iudex in subtili lance
examinis misericorditer pen
sat. cum enim secularibus

intenti tanto insensibiliores
intus efficiuntur quanto ad ea quae
foris sunt studiosiores uidentur.
Usu enim terrenę a caelesti desi
derio obdurescit animus
Et dum ipso suo usu durus efficitur
per actionem saeculi ad ea emolliri
non ualet quae pertinent ad cari
tatem dei. sancta ecclesia de mem
bris suis infirmantibus dicit.
Posuerunt me custodem in uineis
uineam meam non custodiui.
Uineas quippe nostras actiones
sunt quas usu cotidiani laboris
excolimus. Sed custodes in uineis
positi nostram uineam minime
custodimus. quia dum extrinsecis
actionibus implicamur ministe
rium actionis nostrę neglegimus.

## XVIIII. DE TEPIDITATE MONACHORUM

Nonnulli mo
nachorum mundi qui
dem actiones fugiunt
sed nullis uirtutibus
exercentur. In uirtutum tor
pore non studio dormiunt & id

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0187